


A

190



VU.



EPICEDIA

Dicta

INCOMPARABILI HEROI, GABRIELI, PRINCIPI  
S. ROMANI IMPERII ET  
TRANSYLVANIÆ PARTIVM HVNGARIÆ

Domino, Siculorum Comiti, Oppuliæ ac Ratiborix  
Duciæc Euergetæ & Musagetæ Optimo Maximo;  
Denato ALBÆIVLIÆ Anno Christi M. D. C.  
XXIX a. d. 15. Nouembris, ibidemq;  
humato Anno M. D. C. XXX a. d.

25. Januarij.  
Piblietur R. Lycei Claudiopolitani  
Professoribus Illustris scholæ Bethlenianæ, que est  
ALBÆIVLIÆ.



Imprimebat ALBÆIVLIÆ Iacobus Effmurd  
Lignicensis. Typogr: sua Serenit: A. 1630.

### 3 PYRAMIS IAMBICA.

#### i: Onomatologia Hebraica.

Abhi veabhi, Gabriel,  
Rechebh upharasch Israel:  
Attah gebhir, attah gebher,  
Gibbor veattal gnal debher:  
Dobher reschaim schibbarta,  
Hacl debhir tobh jasadta:  
Bethlen schémecha bethlechem  
Siman, vahi chesed rechem:  
Hoi moth jeschibah hasseter,  
Hoi rosenim naphal ceter.

#### ii: Dodecastichon Gracum.

K lætete tes Dacies laoi, kæ gennades, hotti  
Hymmon celios, pheu, mala tampros edy.  
Eelios Gabriel, archon krateros te sophoste,  
Poemen tou laou, tes patridos te pater.  
Houtos edy. laou, naoute, nomoute proestos,  
Houtos ee, technon kæ stylos houtos ee.  
Dei dia tauta sphodros laon, naonte, nomonte  
Klein tes Dacies, dei te lycéa sphodros  
Kæ mala gymnasione tes Albes de iololyzein,  
En to gymnasio kæ mala dei men eme.  
Chærete de pantes, touto xymdpradmones archos;  
Elio Christo xypaden, ouk ethane.

Q Vis heic  
Amabo

Cubat? quis est?

Tuus patronus

O Dacia, e<sup>g</sup> tuus

Pastor, paterq; blandus,

Super astra notus GABRIEL

Bethlen; scholis eccelesisque

Addictus, vti Iosias pius:

Doctus togæ, doctus sagi celebreis

Artes, Ulyssis instar, instar Nestoris.

Quid? Ipsamet prudentia, ipsa fortitudo

Asylon et prudentium atq; fortium virum

Heic conditur. quin ergo vos scholæ lugetis, atq;

Ecclesiæ, prudentia atq; iuncta fortitudini.

### 4 Epitaphium.

Heic situs est princeps GABRIEL, de stemmate Bethlen:  
Qui Bathoræorum fatalia bella secutus,  
Et Bathoræorum per tot fatalia bella  
Vastatae patriæ succurrit, restituendo  
Aras atq; focos: qui tædis rite secundis  
Brandenburgensem sibi despondit CATHARINAM.

5. Centuria encomiastica.

Ille ego, qui patriæ totas impendere vires  
Ingeni geniiq; mei, dum spiritus artus  
Hos regeret, magnâ ductus ratione volebam.  
Nunc patriæ fines, & dulcia linquere rura  
Instituo, credoq; ratem propterantibus undis  
Istri, & Pannoniæ supraq; infraq; jacentis  
Arva retrospicens, mihi sedem deligo in oris  
Transsylvanorum, queis Martia pectora, quorum  
Auriferi montes cum fontibus usq; canuntur.

Huc me nempe Deus vocat, huc vocat inclitus heros  
GABRIEL, ille suæ certissima gloria gentis  
Bethlen; ille sui lumen regni columenq;

Hic, inquam, belliq; fatus, pacisq; patronus,  
Atq; reus voti, regionem religionemq;  
Ornare ac firmare volens, fundamina ludi  
Albensis bene jaeta, suis & maecta decenter  
Auspiciis, læto colophone & culmine læto  
Condecoratus, regali mente manuq;  
Constituit sumtus, jubet atq; præsse Lycœ  
Qui sophia latices paradisos, eloquiiq;  
Flumen in irriguos erivent ingeniorum  
Hortos, vnde brevi capiat res publica privaq;  
Omnigenos fructus hominiq; Deoq; placenteis.

O facinus dignum te tanto principe, dignum  
Te tanto heroe, ô GABRIEL celsissime Bethlen!

Tubellatrici Patriæ, vah debellartæ  
Inq; gemiscenti, divinæ munera pacis  
Reddideras: pecudes hoc, arva, hominesq; loquuntur  
Tu, tu, terror eras, quā sol oriturq; caditq;  
Hosti. Tugentes ad prælia coniuratas  
Doctus etas cohibere. Tibi laudabile pignus,  
Pignus amicitia dederat biga inclyta, biga

Induperatorum, queis se effert vesper & ortus.  
Tute paratus eras templisq; scholisq; nitorem  
Inferre. Hoc modo oves Christi pascuntur & agnij.  
Fallor an inde tibi non insinuagloria parta est?  
Fallor an inde tibi laudum debetur apex, &  
Carmen, quod cedro vel quod scribatur in ære?

Verūm, proh dolor, in pietatis tramite tanto, &  
In pleno cursu conatus magnide centis,  
O sapientipotens Princeps, ô magne patrone,  
Triste vale nobis dicis, permulta relinquens  
Affacta eximié, non multo tempore quæ tu  
Rite datus eras nobis perfecta, moratus  
Nil varius sumtus, prisorum exempla secutus.

Namq; fatebor enim, tu nummos divite cornu!  
Fundebas, quoties exin sperare licebat  
Aut firmamentum regni solidum, ornamentum  
Aut prælustre. Solent ista ratione moveri  
Heroes, patriæq; patres, miseriq; populi.  
Pastores, quos inter ego tibi defero palmam,  
Princeps bellipotens: ruimpantur utilia membra!

Vsq; adeo tua laus, tua gloria, & inclyta virtus  
Est supra invidiam. Novit Germanidos ora,  
Nōrunt Pannonii, Thrax novit, Turcus, & Helleni.

Ex illis animæ meliores, sat scio, vellent  
Maturo vivæ vivum te prosequi honore.

Credo eqvidem nōrunt communiter, aut melior pars,  
Nominis eximii menturam terq; quaterq;  
Te sic implesse, ut fueris Patriæ anchora certa  
Bellorum fessæ, trepidis spes, hostibus hostis,  
Et socius sociis, & fidus amicus amicis.

Non mihi si lingvæ centum sint, oraq; centum,  
Ferrea vox, possim laudes persolvere dignas,  
Maxime Mæcenas. Adeo tua laus, tua virtus

**E**st supra **calamusq;** meum **linguamq;** prosector  
Non secus ac supra ventos, pluviasq; nivesq;  
Est Atlantis apex, tangit qui culmine cœlum.

**Q**uid? tua jam virtus radiorum verbera latē  
Spargit ad Hesperium Phœbi Eoumq; cubile.

**N**ec moror in sulcos, tibi qui de stemmate litem  
Iam pridem movere? nec hos, qui nescio quā nam  
Arte tibi titulum quæsitum principis aiunt.

**N**am si stemma tuum non lævo lumine lustrēm,  
Editus es proavis illustri sanguine natis;  
Editus es proavis claris virtute togata;  
Editus es proavis claris virtute sagata.

**V**tq; latēre sinam tritavos atavosq; remotos,  
Quis nescit proavum Vaivodæ munere functum  
In patriā, quis avum Budensi nobilitatum  
Præfatura! Et iis geminus fuit inclitus heros  
VVolfgangus, pater ille tuus, Iano Stephanoq;  
Regibus in pretio quem novimus usq; fuisse,

**N**unc eat invidia & pallor, nunc turpis alastor  
Audeat in dubium, quæ sunt manifesta vocare.

**S**ed vi fortēsibi quæsitum est culmen honoris  
Nobilis ô GABRIEL, et avito sanguine præstans;

**S**cilicet hoc onerat te criminē, qui tua nescit  
Sub celebri fuerit qvota- qvanta modestia Botz Kay;  
Cui tibi delatum diadema offere suēsti.

**N**il iam dico tibi procerum populiq; favore  
Vnan imi, patriæ commissa nitentia sceptræ.

**O** si post mortem, Princeps fortissime, Princeps  
Magne tuam, proceres patili populusque favore  
Consorti thalami comissa nitentia sceptræ  
Agnotcant habeantque tibi hunc post futura honorem.

**F**allor, an in régno talis CATHARINA manebit,  
Qualis frugifero qvercus sublimis in agro?

**E**xaudi, si justa precor, mea vota précessq;  
Magne DEVS, nostræ fautor columenque salutis;

Johannes Henricus exaltatus f. EPITA.

## EPITAPHIVM.

GABRIEL Victoriosus.

**D**um vixi, victor retuli vītricia quondam  
Arma? tropæa tuli, signaq; multa tuli.  
Hostes devici non vinci passus ab illis:  
Vincere, non vinci; gloria prima fuit.  
Victus ab hoste tamen jaceo nunc corpus inerme  
Parcit nam nulli mors inimica viro.  
Et dominos servis: & sceptra ligonibus æquat:  
Et regum turres; & quat illa casas.  
Non tamen omne rapit; tantum sed corporis artus  
Pars melior vītrix cælicare regna tenet:  
Cælicare regna tenet mea mens, dum corporis artus  
Collectos illi restituet Dominus.

## Oæstichon.

**G**ABRIEL heroum dux maxime, gloria gentis  
Hungaria; patrii dulce decusq; soli:  
Inclita quæ virtus generosæ mentis in alto  
Constituit folio: ac regia septra dedit.  
Quo clavum imperii moderante vigebat amena  
Pax terris: ibant & sine nubedies.  
Eheu! Cur miseros nos deseris Optime Princeps!  
O pater! O patriæ Cura salusq; tua!  
Non jurvat in terris populo dare jura sacrata;  
Hostis & heroâ pellere tela manu?  
Hic potius magnos ducas sine fine triumphos;  
Hic et ames dici dux, pater atq; deus.

Sed.

Vege

Versch. Detalle Faber  
halala's